

2197

C O D I C E S

2198

DCCCCXXIV.

- C. 956 Codex membraneus germ. maximam partem Sec. XV. currente calamo scriptus, Folior. 202. 8^{vo}. min. praeter literas initiales auro fulgidas, et depictas *Christi B. Mariae* et SS. imagines exhibentes, ornatus Iconibus majoribus XIV. aetate et usu aliquantum detritis, et e Parthenone *Halenſi Tyroleos* adlatus Pietatis varia continet Exercitia scripta in usum, ut e pictura praevia duorum Conjugum adstitutis Insignibus gentilitiis eruitur, *Ulrici Montfortii*, et *Magdalene Oettinganae Comitum*, quorum posterior fol. 183. p. 2. Missae sacrificio genuflexa adesse visitur. Tempus scriptionis liquet e citatis fol. 172. p. 2. Indulgentiis ab *Alexandro VI.* Papa collatis. Longum foret percensere Preces in Libello contentas privato potissimum ingenio pro aevi captu compositas, quarum multae de paciente Servatore, qui fol. 49. p. 2. *tuncular calcare solus cernitur*, ipso Patre coelesti prelum desuper urgente. Fol. 69. p. 2. habetur Letio *Isaiae* dicenda *An der krumbmitwoch*, id est, Feria IV Hebdomadae majoris. *Ἐτυμον* hujus controversum vide in *Scherzii Glossar. b. v.* Quod Codici pretium conciliat, sunt foll. 43. 115. 164. et 201. inserta ἀντογεαφα Nomina et Symbola Virorum et

Feminarum e clarissimis S. R. I. Familiis, puta *Mansfeldiorum*, *Fuggerorum*, *Rechbergiorum*, *Königseckiorum*, *Helfensteiniorum*, *Truchsessiorum*, *Ebersteiniorum*, quorundam etiam ex Historiis Sec. XVI. notorum, quorum obitum deinceps notavit pia et amica manus adjecto: *Genadt ihm*, vel *ibr Gott.*

DCCCCXXV.

Codex membraneus germ. Sec. C. 953 XV. Folior. 100. 4. min. bene scriptus, literis initiorum et marginum ornamentis auratis picturatisque, varia Pietatis Exercitia continet adlatus e Parthenone *Halenſi Tyroleos*, et olim Matronae cujusdam ex illustri *Notbafftorum* profapiā, ut liquet ex inserta Icone fol. 61. cuius tergo *Leopoldus I. Imp. manu propria inscripsit: 1687. Meiner Lieben Notbafftin Mich in dero andächtiges gebeth Empfeblend. Leopold.* Atque Matronam hanc *Mariam Eusebiam* Viduam *Breunerianam* habeo, quae magna Magistra Aulae *Elenorae Magd. Theresiae* Imp. Viduae a. 1710. obiit. Praemitto porro *Calendario*, in quo Vigiliae cum jejunio voce *Panfast* adnuntiantur, consequuntur Orationes variae ad Deum, *Christum*, *Mariam*, variosque Divos privato marte compositae, in quibus et singularia quaedam, ut fol. 26.

Mein

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 2729

2199

L I T U R G I C I .

2200

*Mein fleisch mein pluet mein pain
 Das mues sein also rain
 Als das hemad was
 Darinn unser liebe fraw irs liebn Kinds genas.*

Itaque Precum ab Ecclesia probatarum praeter Psalmos de *Poenitentia* dictos reperias nihil.

DCCCCXXVI.

R. 45 Codex membraneus belg. Sec. XV. Folior. 120. 4. min. bene scriptus, rubricis, et Titulorum frontibus deauratis et picturatis, *Horarium* est, sequentia complexum: *Calendarium miniatis Belgii Indigetum nominibus insigne*, in quo Epiphania vocatur: *Dertienen dach*; *Officia de B. V. Maria*, de aeterna Sapientia, de S. Cruce, de Spiritu sancto; *Psalmos dictos de Poenitentia cum Litanis OO, SS. denique Mortuorum Vigiliis*, quas adpellat *die langhe vighelien*. Principio Codicis Genealogica quaedam Sec. XVI. adscripta sunt ad nullam illustrium Stirpium pertinentia.

DCCCCXXVII.

R. 3347 Codex membraneus lat. germ. Sec. XIV. Folior. 188. 8. min. e variis opellis confarcinatus, id eoque non una manu scriptus sequentia complectitur. I. *Calendarium*, in quo major Sanctorum numerus tardius subpletus est, et quorundam sat ignotorum. *kalendas Aprilib.* adsignata *Conuersio Marie Magdalene*. Sequitur Hymnus: *Aue virgo katerina, aue mar-*

tir et regina &c. et Adspiratio pia, quae incipit: *Jocundum sit tibi eloquium meum, ego vero margareta deleabor in domino &c. tum Initium sancti evangelii secundum Lucam*, et Examen Moribundi in hunc modum: *Also sol man den menschen vragen, der jeso sterben wil. Mensche tröstu dich des, daz du mit christenlichen geloben tot list? So sol der sieche sprechen vil andächtlichlen. Ja. Vegibest du des got, daz du nibt rebt hast gelebt als du soldest? Ja. Riwent dich dine sunde? Ja. Hastu des willen, daz du dih bezern woldest, ob du lange soldest leben? Ja ib warlichen. In progressu tota Moribundi spes in mortem et merita Christi dirigitur, quod mirum videbitur quibusdam a nostris Sacris alienis, et in fine additur Adhortationem istam inventam esse an einem hohen pvcb, daz was des bischolfs von Engelland. Anselmum Cantuariens. hic innui non dubito, cujus idem Examen latine bis exhibetur hoc Vol. Confuse, si lubet, Indicem. His demum accedunt Benedictiones et Preculae quaedam hoc initio: *Hewt vnd immer si ich gesegent vnd min wirt vnd miniv chint mit dem segen, da sancta Maria mit gesegent wart, do si den heiligen christ empfie vnd gebar. &c. In usum Mulieris, et forfitan supra nominatae Margaretae, haec scripta vides.**